



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De causa Prophetiæ. Quæstio 172.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

consideratur in suo presenti, prout subditur præfati-
tæ diuinæ, vt in primo dictum est *.

q. 14. ar.
13. ad 2.

QVÆST. CLXXII.

De causa prophetia, in sex articulos diuisa.

D Einde considerandum est de causa prophetia.

- ¶ Et circa hoc quærentur sex :
- ¶ Primo, vtrum prophetia sit naturalis ?
- ¶ Secundo, vtrum sit à Deo mediantibus angelis ?
- ¶ Tertio, vtrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis ?
- ¶ Quarto, vtrum requiratur bonitas morum ?
- ¶ Quinto, vtrum sit aliqua prophetia à dæmonibus ?
- ¶ Sexto, vtrum propheta dæmonum aliquando dicant verum ?

ARTIC. I.

Vtrum prophetia possit esse naturalis ?

818
infr. a 3.
cor. et ve
vi. q. 12.
art. 3.
ar. 4. cor.
** lib. 4. c.*
26. in pr.
† li. 12. c.
13. fo. 3.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod propheta possit esse naturalis. Dicit enim * Gregorius in quarto dialogorum, quod ipsa aliquando animarum vis sua subtilitate aliquid præuidet. Et † Augustinus dicit in 12. super Genes. ad litteram, quod anima humane, secundum quod à sensibus corporis abstrahitur, competit futura præuidere. Hoc autem pertinet ad prophetiam. Ergo anima naturaliter potest esse qui prophetiam.

¶ 2 Præterea, Cognitio anime humane magis in vigilando, quam in dormiendo. Sed in dormiendo quidam naturaliter præuident quædam futura, vt patet per Philosophum * in libro de somno & vigilia. Ergo multo magis potest homo naturaliter futura præcognoscere.

¶ 3 Præterea, Homo secundum suam naturam est perfectior animalibus brutis. sed quedam animalia bruta habent præcognitionem futurorum ad illa pertinentium, sicut formicæ præcognoscunt pluuia futura: quod patet ex hoc, quod ante pluuia incipiunt grana in foramen reponere. Et similiter etiam pisces præcognoscunt tempestates futuras: vt perper-

ditur
 Ergo
 re pos
 pheta
 ¶ 4
 tia defi
 prophe
 Sed
 quoc p
 SE
 enim ve
 tia, se
 Dei hon
 dono S
 RE
 dictum
 turis d
 seipis.
 Præcog
 seipis,
 tati sum
 Et ideo
 natura
 in suis
 ne, etia
 nitatem
 rum ord
 uit. Et
 in homi
 statim a
 cognosc
 decimo
 que ani
 nationis
 quione
 in omni
 rum
 collunet

dicitur ex eorum motu: dum loca tempestuosa declinant. Ergo multo magis homines naturaliter præcognoscere possunt futura ad se pertinentia, de quibus est propheta. Est ergo propheta à natura.

¶ 4 Præterea, Proverb. 29. dicitur, Cum propheta defecerit, dissipabitur populus: & sic patet quòd propheta est necessaria ad hominum cõseruationem. Sed natura non deficit in necessarijs. Ergo videtur, quòd propheta sit à natura.

SED contra est, quòd dicitur 2. Petr. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Ergo propheta non est à natura, sed ex dono Spiritus sancti.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, prophetica præcognitio potest esse de futuris dupliciter. Vno modo secundum quòd sunt in seipsis. Alio modo secundum quòd sunt in suis causis. Præcognoscere autem futura secundum quòd sunt in seipsis, est proprium diuini intellectus: cuius æternitati sunt omnia præsentia, vt in primo dictum est. Et ideo talis præcognitio futurorum non potest esse à natura, sed solum ex reuelatione diuina. Futura verò in suis causis possunt præcognosci naturali cognitione, etiam ab homine: sicut medicus præcognoscit sanitatem vel mortem futuram in aliquibus causis, quorum ordinem ad tales effectus experimento præcognouit. Et talis cognitio futurorum potest intelligi esse in homine dupliciter à natura. Vno modo, sic quòd statim anima ex eo quòd in seipsa habet, possit præcognoscere futura. Et sic sicut Augustinus dicit duodecimo super Genesim, ad litteram, quidam volunt animam humanam habere quamdam vim diuisionis in seipsa. Et hoc videtur esse secundum opinionem Platonis, qui posuit, quòd animæ habent omnium rerum cognitionem per participationem earum: sed ista cognitio obnubilatur in eis per coniunctionem corporis, in quibusdam tamen plus

9 præc. a. 6. ad 2.

1 p. 9. 14 ar. 13.

* li 12. c. 13. in pr. to. 3. in dial. 6 de rep. vel de in Ho, a mo



in quibusdam verò minus, secundum corporis partem diuersam. Et secundum hoc posset dici, quòd homines habentes animas non multum obtenebratas et corporum vnione, possunt talia futura præcognoscere secundum propriam scientiam. Contra hoc autem obij-

cit * August. Cur non semper possit vim diuinationis habere anima, cum semper velit? Sed quia verus esse videtur, quòd anima ex sensibilibus cognitionem accipit, secundu[m] sententiam Aristotelis. v[er]o in primo dictum est: ideo melius est dicendum alio modo, quòd præcognitionem talium futurorum homines non habent, sed acquirere possunt per viam experimentalium in qua iuuantur per naturalem dispositionem: secundum quod in homine inuenitur perfectio virtutis imaginatiuæ, & claritas intelligentiæ. Et tamen hæc cognitio futurorum differt à prima, quæ habetur a reuelatione diuina dupliciter. Primo quidem, quia prima potest esse quorumcumque euentuum, & immutabiliter. Hæc autem præcognitio, quæ naturaliter haberi potest, est circa quosdam effectus, ad quos se potest extendere experientia humana. Secundo, quia prima prophetia est secundum immobilem veritatem non autem secunda; sed potest ei subesse falsum. Prima autem præcognitio propriè pertinet ad prophetiam, non secunda: quia sicut supra * dictum est prophetica cognitio est eorum quæ naturaliter est humanam cognitionem. Et ideo dicendum est prophetia simpliciter dicta, non potest esse à natura, sed solum ex reuelatione diuina.

Ad primum ergo dicendum, quòd anima quando abstrahitur à corporalibus, aptior redditur ad percipiendum influxum spiritualium substantiarum, etiam ad percipiendum subtiles motus, qui ex actionibus naturalium causarum in imaginatione humana relinquuntur: à quibus percipiendis anima occupatur, cum fuerit circa sensibilia occupata. Et idem Gregorius dicit, quòd anima, quando appropinquat ad mortem, præcognoscit quædam futura, subtiliter

lib. 12. in
Gen. 2. 13
10. 3.
9. 84. 2. 3
6. 7.

94. pra.
1. 1. cor.

ii. 4. dial.
1. 26.

suæ na
impres
angelic
guit. d
rue ha
futura
Ad i
quæ t
substan
est, cu
tem m
lanibus
teriora
Ad t
etiam c
fectio
in dorm
Ad t
lia non
nisi secu
quibus
num: c
dispon
dum in
tem faci
breuis fa
magis ad
spiras.
Ad q
cum se
actuum.
populi gu
um diuin
grac

sua natura: prout scilicet percipit etiam modicas impressiones, aut etiam cognoscit futura, revelatione angelica, non autem propria virtute: quia vt * Aug. dicit 12. super Genes. ad literam, Si hoc esset, tunc haberet quocumque vellet in sua potestate futura præcognoscere: quod patet esse falsum.

*c. 12. non
longè a
princ. ro-
mo 3.*

Ad secundum dicendum, quod cognitio futurorum, quæ fit in somnijs, est aut ex revelatione spiritualium substantiarum, aut ex causa corporali: vt * dictum est, cum de diuinationibus ageretur. Vtrunque autem melius potest fieri in dormientibus quam in vigilantibus: quia anima vigilantis est occupata circa exteriora sensibilia: vnde minus potest percipere subtiles impressiones vel spiritualium substantiarum, vel etiam causarum naturalium. Quantum tamen ad perfectionem iudicij, plus viget ratio in vigilando, quam in dormiendo.

2. 2. 4. 6

Ad tertium dicendum, quod bruta etiam animalia non habent præcognitionem futurorum euentuum, nisi secundum quod ex suis causis præcognoscuntur, ex quibus eorum phantasie mouentur, magis quam hominum: quia phantasie hominum, maxime in vigilando, disponuntur magis secundum rationem, quam secundum impressionem naturalium causarum. Ratio autem facit in homine multo abundantius id, quod in brutis facit impressio causarum naturalium: & adhuc magis adiuuat hominem diuina gratia prophetias inspirans.

Ad quartum dicendum, quod lumen propheticum se extendit etiam ad directiones humanorum actuum. Et secundum hoc prophetia necessaria est ad populi gubernationem, & præcipue in ordine ad cultum diuinum, ad quem natura non sufficit, sed requiritur gratia.

819

1. q. 111.
a. 1. & 3
con. 2. & 4
co. 1. &
ver. 9. 12
art. 8. &
Matth. 2.
le. 3. fl. et
le. 4. col.
5. fin. &
1. Cor. 14.
col. 2.
in proto-
go super
Psal. c. 1.
in princ.
c. 4. parū
a media
illius.

Utrum prophetica reuelatio fiat per angelos?
Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod pro-
phetica reuelatio non fiat per angelos. Dicitur
enim Sapient. 7. quod sapientia Dei in animas sanctas
se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit.
Sed amicos Dei constituit immediate. Ergo etiam
prophetas facit immediate, non mediantibus angelis.

¶ 2 Præterea, Prophetia ponitur inter gratias
gratis datas. Sed gratia gratis data, sunt a Spiritu San-
cto: secundum illud, Diuisiones gratiarum sunt idem
autem spiritus. Non ergo prophetica reuelatio
angelo mediante.

¶ 3 Præterea, * Cassiodor. dicit, quod propheta
est diuina reuelatio. Si autem fieret per angelos,
ceretur angelica reuelatio. Non ergo prophetia
per angelos.

SED contra est, quod Dionis. dicit 4. cap. 1.
Hierarch. Diuinas visiones gloriosi patres
adepti sunt per medias ecclesies, virtutes. Loquitur
autem ibi de visionibus prophetis. Erga reuelatio
prophetica fit angelis mediantibus.

RESPONDEO diuendum, quod sicut Apo-
stolus dicit ad Rom. 13. Quæ sunt à Deo, ordinantur
Habet autem hoc diuinitatis ordo, sicut Dionysius
ut infima per media disponat. Angeli autem
sunt inter Deum & homines, ut possent plus partem
tes de perfectione diuinæ bonitatis, quam homines.
Et ideo illuminationes & reuelationes diuinas
ad homines per angelos deferuntur. Prophetiam
tem cognitio fit per illuminationem & reuelationem
diuinam: unde manifestum est, quod fiat per angelos.

Ad primum ergo dicendum, quod charitas, quod
dum quam fit homo amicus Dei, est perfectio
ratis, in quam solus Deus imprimere potest. Sed pro-
phetia est perfectio intellectus, in quem etiam angelo
lus potest imprimere, ut in primo * dictum est.
ideo non est similis ratio de utroque.

¶ 112. a.
1.

Ad secundum dicendum, quod gratia gratis datur
attribuitur Spiritui sancto sicut primo principio, qui
tamen operatur huiusmodi gratias in hominibus, me-
diante ministerio angelorum.

Ad tertium dicendum, quod operatio instrumenti
attribuitur principali agenti, in cuius virtute instru-
mentum agit: & quia minister est sicut instrumen-
tum, idcirco prophetica revelatio, quæ fit ministerio
angelorum, dicitur esse divina.

ARTIC. III.

Utrum ad prophetiam requiratur dispositio
naturalis?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod ad pro-
phetiam requiratur dispositio naturalis. Prophe-
tia enim recipitur in propheta secundum dispositio-
nem recipientis: quia super illud Amos primo, Domi-
nus de Sion rugiet, dicit glossa * Hieron. Naturale
est, ut omnes qui volunt rem rei comparare, ex eis
rebus sumant comparationes, quas sunt experti, & in
rebus quibus sunt nutriti. Verbi gratia, Nautæ suos
inimicos, ventis; damnum, naufragio comparant. Sic
& Amos, qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugie-
turi leonis assimilat. Sed quod recipitur in aliquo se-
cundum modum recipientis, requirit naturalem dispo-
sitionem. Ergo prophetia requirit naturalem dispo-
sitionem.

820
ver. 9. 12
27. 4.

in princ.
comen.
ad 1. ca.
Amos,
to. 6.

Præterea, Speculatio prophetiæ est altior
quam scientiæ acquisitæ. Sed indispositio naturalis
impedit speculationem scientiæ acquisitæ. Multi enim
in indispositione naturali perungere non possunt ad
scientiæ speculativas capiendas. Multo ergo magis
requiritur ad contemplationem propheticam.

in epi. de
Monog. 2

Præterea, Indispositio naturalis magis impe-
dit aliquem, quam impedimentum accidentale. Sed
aliquid accidentale superueniens impeditur spe-
culatione prophetiæ. Dicit enim Hierony super Math.
sed in tempore illo quo conjugales actus geruntur, præ-
sentia sancti Spiritus non dabitur, etiam si propheta
esse

me. 10. 1.
refertur
in decre.
32. qu. 2.
c. conu-
bia.

esse

esse videatur, qui officio generationis obsequitur. Ergo multo magis indispositio naturalis impedit prophetiam. Et sic videtur quod bona dispositio naturalis requiratur ad prophetiam.

ho 30. in euang. non multu re motè a fine.

SED contra est, quod Gregor. dicit in homil. Pentecostes, Implet, scilicet Spiritus sanctus citharedum puerum, & psalmistam facie. Implet parvum armentarium, sycomoros vellicantem, & prophetam facie. Non ergo requiritur aliqua dispositio præcedens ad prophetiam, sed dependet ex sola voluntate Spiritus sancti, de quo dicitur 1. ad Corinth. 12. Haec omnia operatur vnus atque idem spiritus diuisio in vobis prout vult.

ar. 1. huius quas.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dicitur prophetia verè & simpliciter dicta, est ex inspiratione diuina. Quæ autem est ex causa naturali, non dicitur prophetia, nisi secundum quid. Est autem conueniens quod sicut Deus, qui est causa vniuersalis agendo, non præexigit materiam, nec aliquam materiam dispositionem in corporalibus effectibus, sed potest & materiam & dispositionem & formam producere: ita etiam in effectibus spiritualibus non præexigit aliquam dispositionem, sed potest simul cum eis spirituali inducere dispositionem conuenientem qualis requiritur secundum ordinem nature. Potius posset etiam simul per creationem produci ipsam subiectum, vt scilicet animam, & in creatione disponeret ad prophetiam, & daret prophetiam prophetalem.

Ad primum ergo dicendum, quod indifferenter ad prophetiam quibuscumque similitudinibus prophetica exprimitur. Et idè homo ex operatione diuina nõ immutatur circa prophetiam. Remouetur autem diuina virtute, si quid prophetiæ repugnat.

Ad secundum dicendum, quod speculatio naturalis fit ex causa naturali. Natura autem non potest operari nisi dispositione præcedente in materia: quod nõ est dicendum de Deo, qui est prophetiæ causa.

Ad r
spolitic
ralem r
fo natur
ad adu
rem, v
vel per
indispo
est prop

Virum
A d q
tas
enim Sa
mas san
constitu
morum,
tia non p
rum faci
¶ 2 I
secundum
omnia q
bis. Sec
tur Amo
amici: c
decur qu
non est fir
¶ 3 P
fio proph
iurintecu
sunt sine
Ergo om
tus proph
¶ 4 P
poc si d
non immi
causat do
prophetiæ
Sec. S

Ad tertium dicendum, quod aliqua naturalis indispositio, si non remoueretur, impedire posset prophetalem reuelationem: puta si aliquis esset totaliter sensu naturali destitutus. Sicut etiam impeditur aliquis ab actu prophetandi per aliquam vehementem passionem, vel iram, vel concupiscentiam, qualis est in coitu, vel per quamcumque aliam passionem. Sed talem indispositionem naturalem remouet virtus diuina, quæ est prophetiæ causa.

ARTIC. IV.

Virum bonitas morum requiratur ad prophetiam?

821

Veri. qu. 12. ar. 5. Opusc. c. 2. 22. et 1 Cor. 13. co. 1.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod bonitas morum requiratur ad prophetiam. Dicitur enim Sap. 7. quod sapientia Dei per nationes in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit. Sed sanctitas non potest esse sine bonitate morum, & sine gratia gratum faciente. Ergo prophetia non potest esse sine bonitate morum, & gratia gratum faciente.

¶ 2 Præterea, Secreta non reuelantur nisi amicis: secundum illud Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis. Sed prophetis Deus sua secreta reuelat, vt dicitur Amos 7. Ergo videtur, quod propheta sint Dei amici: quod non potest esse sine charitate. Ergo videtur quod prophetia nõ possit esse sine charitate, quæ non est sine gratia gratum faciente.

¶ 3 Præterea, Matth. 7. dicitur, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, interius autem sunt lupi rapaces. Sed quicumque sunt sine gratia, interius videntur esse lupi rapaces. Ergo omnes sunt falsi propheta. Nullus est ergo verus propheta, nisi bonus per gratiam.

¶ 4 Præterea, Philos. dicit in lib. de somno & vig. quod si diuinitas somniorum est à Deo, incoueniens est immittere quibuslibet, & non optimis viris. Sed constat donum prophetiæ esse à Deo. Ergo donum prophetiæ non datur nisi optimis viris.

li. de diuinitate per somnum c. 1. circa prim.

Sec. Sec. Vol. iij.

H h

SED

SED contra est, quod Matth. 7. His qui dixerant, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? respondetur, Numquam noui vos. Nouit autem Dominus eos, qui sunt eius, ut dicitur 2. ad Timoth. 2. Ergo prophetia potest esse in his qui non sunt Dei per gratiam.

RESPONDEO dicendum, quod bonitas morum potest attendi secundum duo. Vno quidem modo, secundum interiorum eius radicem, quæ est gratia gratum faciens. Alio autem modo, quantum ad interiores animæ passionem, & exteriores actiones. Gratia autem gratum faciens, ad hoc principaliter datur, ut anima hominis Deo per charitatem congaugatur. Vnde Augustinus dicit * in 15. de Trinitate. Nisi impertiatur cuique Spiritus sanctus, v. cum Deo & proximi faciat amatorem, ille à finitima non transfertur ad dexteram. Vnde quicquid potest esse sine charitate, potest esse sine gratia gratum faciente, & per consequens sine bonitate morum. Prophetiam potest esse sine charitate. Quod apparet ex tribus. Primo quidem, ex actu vtriusque. Nam prophetia pertinet ad intellectum; cuius actus præcedit actum voluntatis, quem perficit charitas. Vnde & Apostolus ad Corinth. 13. Prophetiam connumerat alijs ad intellectum pertinentibus, quæ possunt esse sine charitate. Secundo, ex fine vtriusque. Datur enim prophetia ad utilitatem Ecclesiæ, sicut & alia gratia datur: secundum illud Apost. 1. ad Corinth. 14. cuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Vnde autem ordinatur directe ad hoc, quod affectus prophetæ contingatur Deo, ad quod ordinatur caritas. Et ideo prophetia potest esse sine bonitate morum quantum ad propriam radicem huius bonitatis. Tercio consideremus bonitatem morum secundum rationes animæ & actiones exteriores: secundum hoc dicitur aliquis à prophetia per morum malitiam. Nam ad prophetiam requiritur maxima interiorum eleuatio ad spiritualium contemplationem: quæ quidem impeditur

* lib 15. e 18. cir. ea princ. 20. 3.

imped...
dinat...
de filijs...
habitab...
centes...
dono p...
Ad m...
ria al...
aliorum...
Et hi su...
tiam gr...
prophet...
donum...
sunt qua...
Hierony...
virtutes...
est meri...
nominis...
eorum...
dent &...
Ad se...
nens ill...
mus, an...
Omnia...
rijs imm...
modo n...
Ad te...
lupi rap...
te. Dicu...
Catholie...
dem car...
non habe...
propheti...
tum est...
nuncunt...
Ad qua...
semper...
ill, qui

impeditur per vehementiam passionum, & per inordinatam occupationem rerum exteriorum. Unde & de filiis prophetarum legitur 4. Regum 4. quod simul habitabant cum Helifæo, quasi solitariam vitam ducentes, ne mundanis occupationibus impirentur à dono prophetiæ.

Ad primum ergo dicendum, quod donum prophetiæ aliquando datur homini, & propter utilitatem aliorum, & propter propriæ mentis illustrationem. Et hi sunt, in quorum animas sapiëntia diuina per gratiam gratum facientem se transferens, amicos Dei & prophetas eos constituit. Quidam vero consequuntur donum prophetiæ solum ad utilitatem aliorum, qui sunt quasi instrumenta diuinæ operationis. Unde Hieronymus dicit super Matthæum, Prophetare, & virtutes facere, & dæmonia eicere; interdum non est meriti eius, qui operatur, sed vel inuocatione nominis Christi hoc agit; vel ob condemnationem eorum, qui inuocant; vel utilitatem eorum, qui vident & audiunt, conceditur.

Ad secundum dicendum, quod Gregorius exponens illud, dicit, Dum audita superna cœlestia amamus, amata iam nouimus, quia amor ipse noticia est. Omnia ergo eis nota fecerat, quia à terrenis desideriis immutati amoris summi facibus ardebant. Et hoc modo nõ reuelantur semper secreta diuina Prophetis.

Ad tertium dicendum, quod non omnes mali sunt lupi rapaces, sed solum illi qui intendunt alijs nocere. Dicit enim Chrysost. * super Matthæum, quod Catholici doctores, etsi fuerint peccatores, serui quidem carnis dicuntur, non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perdere Christianos. Et quia prophetia ordinatur ad utilitatem aliorum, manifestum est tales esse falsos prophetas, quia ad hoc non reuocantur à Deo.

Ad quartum dicendum, quod dona diuina non semper dantur optimis simpliciter, sed quandoque illis, qui sunt optimi, quantum ad talis doni percipi-

* in illud
Matth. 7.
Nonne in
nomine
tuo pro-
phetaui-
mus, &
mo 9.
hom. 27.
in euag.
ante me-
dium.
hom. 19.
in opere
imperfe-
cto ante
med. 10.2

ptionem, Et sic Deus, donum prophetie illis dat, quibus opimum iudicat dare.

ARTIC. V.

Verum aliqua prophetia fit à demonibus?

3. cont. c. 54. 10. 4. in prol. sup. psal. c. 1. qu. prac. art. 2. 1. p. qu. 109. a. 3.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod nulla prophetia fit à demonibus. Prophetia enim est diuina reuelatio, ut * Cassiod. dicit. Sed illud quod fit à demone, non est diuinum. Ergo nulla prophetia potest esse à demone.

¶ 2. Præterea, Ad propheticam cognitionem requiritur aliqua illuminatio, ut supra * dictum est. Sed demones non illuminant intellectum humanum, ut supra * dictum est in primo. Ergo nulla prophetia potest esse à demonibus.

¶ 3. Præterea, Non est efficax signum, quod contra ad contraria se habet. Sed prophetia est signum confirmationis fidei. Vnde super illud Romanorum de primo decimo, Siue prophetiam secundum rationem scilicet, dicit * gloss. Nota quod in numeratione gratiarum à prophetia incipit, quæ est prima probatio, quod sermo nostra sit rationabilis, quia credentes accepto sermone propheterant. Non ergo prophetia à demonibus dari potest.

SED contra est, quod dicitur 3. Reg. 18. Contra me uniuersum Israel in monte Carmeli, prophetas Baal trecentos quinquaginta, prophetarum lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa zabel. Sed tales erant demonum cultores. Ergo videtur quod etiam à demonibus fit aliqua prophetia.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est *, prophetia importat cognitionem quantum ad rem procul existentem à cognitione humana. Manifestum est autem quod intellectus superioris ordinis aliqua cognoscere potest, quæ sunt remota à cognitione intellectus inferioris. Supra intellectum autem humanum est non solum intellectus diuinus, sed etiam intellectus angelorum bonorum & malorum secundum naturam ordinem. Et ideo quedam cognoscunt demonum etiam

gloss. ord. ex Ambr. sup hunc text. 10. 5.

qu. prac. art. 1.

etiam
minu
Simpl
Deus
ciere
& ipsa
quid d
mon
simpli
te falsi
super C
prie hon
cit, aut
Ad
ibi * c
dictam
Ad f
sciunt
minatio
visione
hoc det
Ad t
exterior
proph
Math.
quales f
diabolu
quam. V
respond
quod D
Quod in
non eue
Virtu
A D
A re
tum * An

etiam sua naturali cognitione, quæ sunt remota ab hominum cognitione, quæ possunt hominibus reuelare. Simpliciter autem & maximè remota sunt quæ solus Deus cognoscit. Et ideo prophetia propriè & simpliciter dicta, fit per solam diuinam reuelationem. Sed & ipsa reuelatio facta per demones potest secundum quid dici prophetia. Vnde illi quibus aliquid per demones reuelatur, non dicuntur in scripturis prophetæ simpliciter: sed cum aliqua additione, puta prophetæ falsi, vel prophetæ idolorum. Vnde * August. 12. super Genesim ad litteram, Cum malus spiritus arripit hominem in hæc, scilicet visa, aut demoniacos facit, aut arrepticios, aut falsos prophetas.

c. 19. cit. ca finem, tomo 3.

Ad primum ergo dicendum, quod Cassiodorus loco citato ibi * diffinit prophetiam propriè, & simpliciter in arg. dictam.

loco cita. ibi * diffinit prophetiam propriè, & simpliciter in arg. dictam.

Ad secundum dicendum, quod demones ea quæ sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus: sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibilibus colloquendo. Et in hoc deficit hæc prophetia à vera.

hom. 19.

Ad tertium dicendum, quod aliquibus signis etiam exterioribus, discerni potest prophetia demonum à prophetia diuina. Vnde dicit Chrysostomus * super Math. quod quidam prophetant in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores. Sed sic discernuntur, quoniã diabolus interdum falsa dicit, Spiritus sanctus nunquam. Vnde dicitur Deut. 18. Si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus.

Math. 11 opere im- pers. non procul à fine, to. 2. 823 inf 9. 174 a. 5 ad 4 c. 3. cit. c. 154. 0. 4. c. 5. * Ambr. ca. 12. in epist. ad Rom. paulo à prin. tomo 5.

ARTIC. VI.

Utrum propheta demonum aliquando prædicant verum?

ca. 12. in epist. ad Rom. paulo à prin. tomo 5.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod prophetæ demonum numquam vera prædicant. Dicit * Ambr. quod omne verum à quocumque dicatur, à

H h 3 Spi-



Spiritu sancto est. Sed propheta dæmonum non loquuntur à Spiritu sancto: quia non est conuentio Christi ad Belial, ut dicitur 2. ad Corinth. 6. Ergo videtur quòd tales numquam vera prænuntiant.

¶ 2 Præterea, sicut veri propheta inspirantur à Spiritu veritatis, ita propheta dæmonum inspirantur à Spiritu mendacij, secundum illud 3. Reg. vii. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Sed propheta inspirati à Spiritu sancto numquam loquuntur falsum, ut supra habetur etiam. Ergo propheta dæmonum, numquam loquuntur verum.

quæ præc.
ad 6.

¶ 3 Præterea, Ioan. 8. dicitur de diabolo, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia diabolus est mendax, & pater eius, id est mendax. Sed inspirando prophetas suos diabolus non loquitur nisi ex proprijs. Non enim constituitur minister Dei ad veritatem enuntiandam: quia non est conuentio illius ad tenebras, ut dicitur 2. Cor. 6. Ergo propheta dæmonum numquam vera prædicunt.

S E D contra est, quòd Num. 22. dicit quædam glossa quòd Balaam diuinus erat, & dæmonum ministerio, & arte magica nonnumquam futura prægnoscebat. Sed ipse multa prænuntiavit vera: sicut id quod habetur Num. 24. Orietur stella ex Iacob: confurget virga de Israel. Ergo etiam propheta dæmonum prænuntiant vera.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut se habent verum in rebus, ita verum in cognitione. Impossibile est autem inueniri aliquid in rebus, quòd non potest bono priuetur. Vnde etiam impossibile est esse aliquam cognitionem, quæ totaliter sit falsa, sine admittance alicuius veritatis. Vnde & Beda dicit, quòd nulla est falsa doctrina, quæ non aliquam veritatem qua vera falsis intermiscet. Vnde & ipsa doctrina dæmonum, quæ suos prophetas instruunt, aliqua veritatem continet, per quæ receptibilis redditur. Sic enim intellectus ad falsum deducitur per apparentiam veritatis, sicut

id habet
A. u. ult.
in li 2. q.
euang. c.
40. to. 4.

sicut voluntas ad malum per apparentiam bonitatis. Vnde & * Chrysof. dicit super Matth. Concessum est diabolo interdum vera dicere, ut mendacium suum vera veritate commender.

hom. 19.
in opere
imperf.
10. 2.

Ad primum ergo dicendum, quod prophetae demonum non semper loquuntur ex demonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina: sicut manifeste legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus Num. 22. licet esset propheta demonum: quia Deus vult etiam malis ad utilitatem bonorum. Vnde & per prophetas demonum aliqua vera pronuntiat: tum ut credibilior fiat veritas, quae etiam ex aduersariis testimonium habet: tum etiam quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Vnde etiam Sybillae multa vera praedixerunt de Christo. Sed etiam quando prophetae demonum a demonibus instruuntur, aliqua vera praedicunt: quandoque quidem virtute propriae naturae, cuius actor est Spiritus sanctus: quandoque etiam reuelatione bonorum spirituum, ut patet per Aug. * 12. super Gen. ad litteram. Et sic etiam illud verum quod daemones enuntiant, a Spiritu sancto est.

c. 19. 10. 3

Ad secundum dicendum, quod verus propheta semper inspiratur a spiritu veritatis, in quo nihil est falsitatis: & ideo numquam dicit falsum. Propheta autem falsitatis non semper instruitur a spiritu falsitatis: sed quandoque etiam inspiratur a spiritu veritatis. Ipse etiam spiritus falsitatis quandoque enuntiat vera, quandoque falsa, ut dictum est *.

in corpore art.

Ad tertium dicendum, quod propria demonum dicuntur esse illa, quae habent a seipsis, scilicet mendacia & peccata. Quae autem pertinent ad propriam naturam, non habent a seipsis, sed a Deo. Per virtutem autem propriae naturae quandoque vera pronuntiant, ut dictum est *. Vt etiam eis Deus ad veritatis manifestationem per ipsos sciendam, dum diuina mysteria eis per angelos reuelantur, ut dictum est *.

in corpore art. &
ad 1.
in solut.
ad 1.

